



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 9. Suffolciæ Dux comprehensus, atque ad Turim abductus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæc. XVI. fine, ut militibus a tergo dispositis cinctus eo facilius capi posset. Quocirca A.C. 1554. quo propius urbem accederet Viatus, eo cautius eidem objectis repagulis oppido validis quævis sese recipiendi opportunitas intercludebatur; Viatus vero nil mali suspicatus dextrorsum ad Witehallense Palatium contendit, amplamque ingressus plateam, quæ Stranda dicitur, ad Lutgatanam portam tendere satagebat: attonito similis hæsit, cum illam omnino oclusam cerneret, animoque dejectus tunc primum intellexerat, quod nullus sibi amplius fugiendi locus superesset, unde a feciali opportune submisso admonitus, ne tot hominum, qui eum infausta forte sequuntur, sanguinem incassum prodigeret, tandem nihil obluatus sese dederat, atque in captivitatem abstractus fuit.

§. IX.

Suffolciæ Dux comprehensus, atque ad Turrim abductus.

Thuan. l. 13. Cum hæc interea Viatus moliretur, Suffolciæ Dux in Varvicensi Provincia hærens parum secunda armorum fortuna utebatur. Equidem Regina hunc Ducem conjuratorum factioni nomen dedisse adeo non suspicabatur, ut illum præ ceteris unacum exercitu adversus

versus Viatum destinasse dicatur, qui- **Sæcul. XVI.**
 nimo de ejus rebellione tum primum ru- **A C 1554.**
 mor esse cœperat, postquam quædam
 intercipiebatur Viati epistola, in qua
 hic Ducem, ut pro viribus suis rem ma-
 turaret, rogabat, eumque certiozem red-
 debat de causis, ob quas præmaturæ
 seditionis consilia exequi fuisset com-
 pulsus. Acceptis hisce literis Regina
 Huntingtonium Comitem cum equitatu
 præmiserat, dato negotio, ut Ducem ut-
 pote jam antea de perduellionis crimine
 damnatum insequeretur. Suffolciæ Dux,
 cum toto vitæ suæ tempore ignavus
 esset, præcipue hac in occasione omnino
 animo dejectum sese exhibebat; quip-
 pe tam segniter populos ad arma capes-
 senda sollicitabat, ut nequidem susce-
 ptum consilium prosequi ultra auderet,
 sed ab omnibus derelictus, pecunias
 inter suos distribueret, atque in rustici
 domo delitesceret, a quo tamen, seu
 metu, seu præmii spe corrupto proditus,
 atque in Huntingtonii potestatem tradi-
 tus, ac ab eodem die undecima Februarii
 ad Londinensem Turrim abstractus fuit.

§. X.

*Joanna Graja, ejus Maritus, Via-
 tus illius Pater, pluresque alii
 extremo supplicio sublati.*

B 3

Postre